[A]rboribusq; comę quęcum se flore frequenti
Diffundunt · celeri & confortant germina suco ·
Nam quicqd nob toto nunc nascitur anno
Menstrua maturo · dant illic tempora fructu
Lilia plucent · nullo flaccentia sole ·
Nec tactus uiolat uiolas roseumq; ruborem
Seruans ppetuo suffundit gratia uultu
Sic cum desit hiems · nec torrida ferueat ęstas
Fructibus autumnus · uel floribus occupat annū
Hic quę donari mentitur fama sabeis
Cinnama nascuntur · uiuax quę colligit ales
Natali cum fine perit · nidoq; pusta
Succedens sibimet quęsita morte resurgit
Nec contenta suo tantum semel ordine nasci
Longęuo senio renouatur corporis ętas
Incensiq; leuant exordia crebra senectam
Illic desudans fraglantia balsama ramus
Perpetuū pingui promit de stipite fluxū
Tum si forte leuis mouit spiramina uentus